



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De duobus monachis, qui nudi ingreßi sunt Ecclesiam, vt communicarent,
nec visi sunt ab aliquo, nisi ab Abbate Stephano. Capvt CXXII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

De duobus monachis, qui nudi ingressi sunt Ecclesiam, ut communicarent, nec visi sunt ab aliquo, nisi ab Abbate Stephano.

C A P V T C X X I I .

V Enimus ad Abbatem Stephanum Cappodocem in Sina monte, narrauitque nobis, dicēs: Cū essem ego in Raythu ante hō annos, quinta feria cenā Domini, eram in Ecclesia. Cūque consummaretur sancta oblatio, patresque omnes assisterent, ecce video duos quosdam Anachoretas Ecclesiam ingredi, erant autē nudi, nullusque patrum alius animaduertit, quod nudi essent, nisi ego solus. Cū igitur communicassent Dominico corpori, & sanguini, exierunt de Ecclesia, & abibant. Ego autem vnā cum illis exiui. Cū ergo egressi essemus, prostrai me illi dicens: Facite charitatem, accipite me vobiscum. Cognouerunt autem, quia videram illos nudos, & dixerunt mihi: Benè sedes, quiesce. Rursus ego rogabam illos, ut acciperent me secum. Tunc dixerunt mihi: Non potes nobiscum esse, sed bona enim tibi sedes est. Facientes autem mihi orationem, vidente me super aquas rubri maris pedibus ingressi sunt, & trans mare abierunt.

- 1 Sanctam oblationem appellat sacram Eucharistiam.
- 2 Et hic habes in Eucharistia esse verum corpus, & sanguinem Domini: Verū quod Anachoretæ intraque specie communicauerint, non te scandalizet, quod dudū hoc fuit, dū hæc consuetudo vigeret in Ecclesia.

Vita Abbatis Zosimi Cilicis.

C A P V T C X X I I I .

Perreximus ad Abbatem Zosimum Cilicem in monte, Sina, vbi morabatur. Reuerat enim Episcopus